

LEGES REGIAE

ET

LEGES X.VIRALES,

I. LIPSII operâ studiosè collectae.

Editio ultima.



ANTVERPIÆ,

EX OFFICINA PLANTINIANA,

Apud Ioannem Moretum.

MD. LXXII.

Cum Privilegiis Casareo & Regio.

DE REGIIS LEGIBVS, ET QUI REGES QVAS TVLERINT.



NVS omne Publicum aut Priuatum est. Publicum, Diuinum, aut Humanum. Diuinum, quod ad sacra & sacerdotes pertinet; Humanum, quod ad magistratus & publicam administrationem. Ex his Romulus rex Humanum praecipue; Numa, Diuinum constituit. Et publico quidem iuri pauca aut reges ceteri aut x. viri addiderunt. Supererat Priuatum, quod in Naturale, Gentium, & Ciuile tribuitur. Naturae ius Romuli ferè leges praefecerunt: Numa Gentium addidit. Romulus de educatione liberum, de matrimonio, de parentum iure sanxit: Numa, de homicidiis, de bonae fidei contractibus, de sepultura, quaedam tulit. Iuris Ciuilis praecipuus auctor Seruius Tullius, qui auctore Dionysio de Contractibus & Iniuriis quinquaginta leges rogauit: item de foenore, de nexis, aere alieno, & alia, quae compluria in suas tabulas x. viri transfulerunt. Non aliena ab hac origine iuris Aristotelis diuisio est Iustitiae particularis in *δικαιωματιον* siue Distributiuam, & *αλλακτικον* siue Commutatuam. Priorem illam iustitiam Romulus maxime, & ex parte Numa: posteriorem ceteri spectarunt. Romuli leges, quarum verba ipsa perierunt, sententiae ex antiquis, praecipue Dionysio, colliguntur, sic concipi possunt.

Deos patrios colunto: externas superstitiones aut fabulas ne admittent.

Ne quid inauspicato publicè gerunto.

Nocturna sacrificia, peruiugiaque amouentor.

Rex factorum praeses, legum custos esto: iudicia exerceto: belli imperium habeto.

Patres sacerdotia & magistratus capiunto: plebeiis patroni suntu.

Populi suffragia suntu: magistratus creanto: leges sciscunto: pacem bellumque iubentor.

Moenia sancta existimantor.

Vxor Farreatione vito iuncta in sacra & bona eius venito: ius deuorrendi ne esto.

LEGES REGIAE.

- XLIV. SI NOX FVRTVM FAXIT, ET IM ALIQVIPS OCCISIT, IV-
RE CAESVS ESTO.
- XLV. Interdiu si se telo defenderit, iure caesus esto.
- XLVI. SI ADORAT FVRTO QVOD NEC MANIFESTVM ERIT, DV-
PLIONEM LVITO.
- XLVII. Furta per lancem liciumque concepta, quasi manifesta vindicantor.
- XLIIIX. De furto pacisci liceto.
- XLIX. TIGNOM IVNCTOM AEDIBVS, VINEAEQVE CONCAPES NE
SOLVITO.
- L. FVRTIVAE REI AETERNA AVCTORITAS ESTO.
- LI. VSVS, AVCTORITAS FVNDI, BIENNIVM ESTO.
- LII. ADVERSVS HOSTEM AETERNA AVCTORITAS ESTO.
- LIII. QVI NEXVM FACIET MANCIPIVMQVE, VTI LINGVA NVN-
CVPASSIT, ITA IVS ESTO.
- LIV. Vindiciae secundum libertatem dantor.
- LV. Nequis vnciaro foenore plus exerceto.
- LVI. Patricij cum plebeiis connubia ne iungunto.
- LVII. Via in porrectum VIII. P. in amfractum XVI. P. lata esto.
- LVIII. In finibus intra V. pedes vsucapio ne esto.

FINIS.

APPROBATIO.

*In his legibus nihil est quod Religionem Catholi-
cam offendant. quod attestor*

Walterus Vander Steeghen S. Theol. Licentiarus,
Ecclesiae Antuerpiensis Canonicus.